

- 11 Censura semel rite ablata non reviviscit.
- 12 Absolutus in articulo mortis tenetur comparere, quia iura ita disponunt, quod non datur in nostro casu.
- 13 Episcopus debet dare testimonium de absolutione data.
- 14 Ad primum argumentum facultas data in Trident. non est restringenda ad forum interius.
- 15 Ad 2. ex eo quod delinquens potest deduci ad iudicium exterius, non sequitur quod absolutio sit nulla.
- 16 Solvuntur alia argumenta, & num. 17. & 18.

1. **C**asus. Quidam clericus falsis, & commentis demissioris suscepit ordines sacros, contraxit suspensionem, ut constat ex quadam Extravaganti Pii 11. quæ incipit *Cum ex sacrorum*. Et ex altera Extravag. Sixti V. quæ incipit, *sanctum, & salutare*; & cum crimen esset occultum accessit ad Episcopum, qui viute Concilii Tridentini *sect. 24. cap. 6. de reformatione*, absolvit à suspensione incurta; postea crimen deductum est ad iudicium, & de illo Clericus & accusatus, & convictus; tunc quæritur est, an indigeat nova absolutione, an illa prius obtena pro foro interiori, valeat etiam nunc pro foro externo.

2. Prima sententia loquendo de irregularitate ait, quod talis dispensatio solum prodest pro foro interno, in quo est data, & non pro externo. Ita Joannes Valer. *de differentia utriusque fori, verb. Irregularitas, diff. 7. in fine. Toletus lib. 1. cap. 89. §. Hoc posteo ad finem*, sic concludit, *existimo dispensationem factam prodesse in foro interiori, non exteriori, & multis potest hæc sententia probari*

3. Primò ex ipso Textu Concilii Trident. citato loco, facultas data ibi dispensandi, & absolvendi est pro foro interno, ait Concilium *ex delicto occulto provenientibus*; ea autem, quæ pertinent ad forum internum, non extenduntur ad externum. Ut tenent Garcia *de benefico. part. 7. capit. 11. num. 51.* Barbosa *in collectanea ad citatum locum Concilii. num. 64. & de potest. episcop. allegat. 40. num. 29.* Rodrig. *in summa part. 1. cap. 168. in fine. Sayrus de cens. lib. 4. cap. 17. num. 24.*

4. Confirmatur. Primò, quia dispensatus in foro conscientia potest inquiri, accusari, ac puniti in foro judiciali, ut tenent Doctores proxime citati, & Bertol. *de Vecchis disp. 9. dub. 16. in fine*; ergo absolutio in foro interno non videtur prodesse, cum non absolvat reum à delicto.

5. Secundò, dispensatus, vel absolutus in articulo mortis, vel dato legitimo impedimento, eo cessante tenetur coram superiore comparere. *cap. eos, qui de sententia, excommunicat. lib. 6. Bonacin. de excommunic. disp. 2. quest. 4. punct. 5. num. 17.* ergo eandem obligationem habebit absolutus ab Episcopo virtute prædicti Concilii Trid. quoniam inter unum, & alterum casum nulla datur major ratio.

6. Tertio, & ultimo. Quia in dubiis semper

Trident.  
Valerius.  
Toletus.  
Garcia.  
Barbosa.  
Rodrig.  
Sayrus.  
Bertol.  
De Vecch.  
Cap. eos.  
Bonacina.

tior pars est eligenda, *cap. Invenis de spons. C. Invenis sal. cum similibus*; maxime quando vertitur in periculum animæ, ut in præsentis quæstione; ergo tutius est adire Pontificem pro obtinenda absolutione in foro externo.

Contraria sententia mihi videtur vera, quod illa absolutio data pro foro interno, quando crimen erat occultum, licet postea fiat publicum alia absolutio non est necessaria. Ita Navarr. *cap. 27. num. 41. Sanchez in Decalogum tom. 1. l. 1. cap. 11. num. 12. Suar. de censuris tom. 5. disp. 7. sect. 5. à num. 21. cum sequen. Bonac. de censur. disp. quest. 3. punct. 40. n. 3. Layman tom. 1. tract. 5. part. 1. cap. 7. num. 7. & alii.*

7. Probat; primò. Quia quando conceditur facultas absolvendi, vel dispensandi absque ulla limitatione, videtur concessa pro utroque foro. Ita Navarr. Rodrig. Suar. Filiuc. quos citat, ac sequitur Bonac. *cit. disp. 1. q. 3. punct. 10. n. 2.* Atqui in Trident. dicto *cap. 6. datur absolutio Episcopis potestas ad tollendas suspensiones, vel irregularitates ex delicto occulto provenientes*, absque eo quod apponatur clausula: *in foro conscientia* ( prout bene notat Suar. 3. part. 4. l. 1. sect. 2. n. 10. & 12. in fine Sanchez. *cit. n. 12.* Garcia *de Beneficis p. 11. c. 10. n. 140.* ergo facultas data est pro utroque foro.

8. Quando verò prædicta facultas restringitur ad forum conscientia, prout habetur in 2. part. *dist. c. 6. in Trident.* ubi dicitur *in foro conscientia*, non potest absolutio ad forum exterius extendi, Sanchez. proxime *cit. n. 13. Bonac. n. 2. Garcia. n. 1. q. 3. & tam. n. si absolutus his terminis ad iudicium trahatur, & non sit pars, quæ contra eum instet, non tenetur Index eum ad Papam remittere, excommunicatumque eum declarare in foro exteriori, imo si Index id faceret, reputaretur iniustus, & male propensus. Marc. Anton. Genuen. *in praxi c. 31. per tot. & c. Joannes Valerius supra verb. Absolutus different. 2. n. 2. Agydus Coninch. disp. 14. dub. 16. n. 27. Busemb. in Medulla Theolog. Moral. lib. 8. dub. 1. art. 1.**

9. Probat; secundo. Quia quavis dispensatio sit regulariter loquendo, tanquam odiosa restringenda, ut late Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 1.* Attamen dispensandi potestas, de qua agimus, late est interpretanda. Idem Sanchez *cit. n. 1. & n. 12. cum sequentibus. Marc. Anton. proxime cap. 25. num. 7. & cap. 67. n. 1.* Cum non restringatur ad forum internum, ut est probatum supra n. 7. debet extendi ad externum, quando nemini nocet, & si Papa contrarium voluisset, expressisset, & contra eum, qui legem dicere potuit apertius, larga est interpretatio facienda juxta Juria vulgaria, & post multos alios tenet Marc. Anton. *dicto cap. 25. n. 7.*

10. Deinde, prædicta potestas non est delegata, sed potius ordinaria, & inde maxime amplianda, ut habet ipse Sanchez *cit. lib. 2. disp. 40. n. 14. & 17. & citat disp. 2. num. 10.* in quibus multos alios refert.

11. Probat; tertio; quia Censura semel rite ablata, non reviviscit absque nova culpa, ut tenet Suar. *tom. 5. de censuris disp. 7. sect. 5. n. 23. 24. & 25.* Plane censura per absolutionem, vel dispensationem ab Episcopo factam, quando erit

Navarr.  
Rodrig.  
Suarez.  
Filiuc.  
Bonacina.  
Layman.  
Navarr.  
Rodrig.  
Suarez.  
Filiuc.  
Bonacina.  
Trident.  
Sanchez.  
Garcia.  
Ant. Genu.  
Valerius.  
Coninch.  
Busemb.  
Sanchez.  
Marc. Anton.  
Sanchez.  
Henriq.  
Panoorm.  
Filius.

1. **T**rident. citato c. 6. ergo amplius non reviviscit, sed omnino est extincta.

2. Confirmatur ex eo, quia absolutus in mortis articulo, vel propter aliud impedimentum à casibus reservatis, eo cessante tenetur se præsentare Superiori, ex speciali juris dispositione, ut habetur *cap. eos qui de sentent. excomm. in 6. & in cap. De casere, & cap. Ea noscitur, & tenet Leandrus p. 4. tract. 2. de excomm. disp. 17. q. 63.* Et tamen hujusmodi præsentatio non fit ad novam absolutionem obtinendam: nam per primam absolutionem censura omnino est extincta, sed ut Superiori pareat eique contestet quod parti satisfecerit, unde instet Navarr. *c. 26. n. 26. §. An autem.* Quod si contestet, quod parti satisfecerit, vel cum ea concordaverit, non tenetur se præsentare Papæ, vel Superiori ita ex Navarr. M. Cornejo *disp. 11. de excomm. dub. 1. §. Nota secundo.* Henriq. *lib. 13. c. 29. n. 1.* Avila, & alii cum Leandro *citata, disp. 27. q. 66.* Et dato quod tenetur se præsentare Superiori, ut aliqui volunt, non est ad obtinendam novam absolutionem, seu ut ostendat suam obedientiam erga Ecclesiam, quod non invenitur extra prædictos terminos, ut quando absolvitur virtute Jubilæi, vel Cruciatæ, ut ex ipso M. Cornejo, Rodriguez, Suario; & aliis notat citatus Leandrus *q. 69.*

3. Hic tamen maxime est advertendum, quod absolutio occultè data ab Episcopo, cum crimen esset occultum, tamen cum jam publicè crimen sit manifestatum, etiam per testimonium Episcopi debet manifestari absolutio data tempore nempe habili: nam si de censura publicè constat, & publicè debet constare de absolutione data, Ita Navarr. *c. 27. num. 41. Suarez de censur. disp. 7. sect. 5. n. 26. M. Lezana verb. Absolutio, n. 7. Filiucius tract. 21. c. 6. n. 291. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. punct. 10. n. 3. §. Respondeo non.* Layman *lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 7. n. 2.*

4. Ad primum argumentum in contrarium responderetur, quod Tridentinum citato loco, dat facultatem ad tollendam irregularitatem, vel suspensionem provenientem ex delicto occulto, quod non coarctatur ad forum interius siquidem non dicitur *in foro conscientia* ut jam est notatum supra n. 8. Ac proinde absolutio fuit data tempore habili, quando crimen erat occultum, & ex eo quod sit publicum, absolutio non invalidatur, sed tenet.

5. Ad secundum ex eo quod delinquens in iudicio possit puniri, non inde sequitur quod reviviscat censura ablata, ut jam probatum manet n. 11. v. g. quidam absolutus fuit à iuramento falso, & postea crimen deducitur ad forum externum, & ibi punitur, nullus dicit, quod absolutio data sit nulla.

6. Ad tertium casus est valde dispar, quia in nostro casu non habetur in iure, quod absolutus comparere debeat coram superiore deducto delicto ad forum contentiosum, nec quod per delationem incurratur nova censura; ut dictum est supra n. 13.

7. Ad ultimum non sumus in casu, ubi tractetur jam de animæ periculo, quia quoad Deum censura jam extincta est, ut in confesso est apud omnes, sed solum tractatur de satisfactione offensæ, & in hoc nullum vertitur animæ periculum, ut tenet Doctores adducti supra n. 8. & Sanchez *in Decalog. lib. 2. c. 12. n. 7.*

Navarr.  
Cornejo.  
Henriq.  
Avila.  
Leandr.  
Cornejo.  
Rodrig.  
Lezana.  
Filiuc.  
Bonacina.  
Layman.

ma periculum, ut tenet Doctores adducti supra n. 8. & Sanchez *in Decalog. lib. 2. c. 12. n. 7.*

Deinde si de animæ præjudicio ageremus (quod non datur) hæc ultima opinio sequenda erat, tanquam tradita per Auctores classicos, qui rite perpensis utriusque partis rationibus, eam sequuntur & Auctores contrariæ opinionis, scilicet Valerius, & Toletus, non jure, nec valida ratione nituntur, ut eos legenti parebit. Ita Bonacina *tom. 2. de peccatis, quest. 4. punct. 9. num. 12.*

QUESTIO II.

Utrum suspensio posita à jure, & publicè facta, cum non sit reservata tolli possit ab Episcopo?

SUMMARIUM.

- 19 Casus quæstionis ponitur.
- 20 Pars negativa, & ejus fundamentum.
- 21 Ponitur sententia Henricus.
- 22 Ponitur sententia vera, & affirmativa.
- 23 Probat; nostra sententia.
- 24 Ex Tridentino datur via ad tollendam suspensionem ex mala susceptione Ordinum.
- 25 Parochus solum habet jurisdictionem in foro interiori.

19. **C**asus contrigit. Quidam Clericus sicto patrimonio, seu sicis demissioris suscepit Ordines sacros, cum crimen factum esset publicum, deductam est ad iudicium; nunc quæritur an à tali suspensione publica valeat Episcopus absolvere? Et hæc quæstio coincidit cum illa, an suspensio publica, quæ non est reservata, valeat ab Episcopo tolli?

20. Negantem partem videntur tueri Turrian. *de censur. lib. 4. disp. 45. dub. 2. Faber. de censur. in 4. dist. 25. q. 1. disp. 6. cap. 2. n. 55.* Fundamentum est, quia si esset aliqua ratio ad absolvendum ab hac suspensione, esset deducta ex *cap. Nuper*, in quo agitur de absolutione ab excommunicatione, quam superior sibi non reservavit potest inferior absolvere; atqui non eadem ratio militat in excommunicatione, ac suspensione, propter majorem necessitatem absolutionis ab excommunicatione, quam absolutionis à suspensione; suspensio enim non privat à suffragiis Ecclesiæ, sicut privat excommunicatio, non privat receptione Sacramentorum; ergo quod conceditur in excommunicatione ob majorem necessitatem, non est admitendum in suspensione.

21. Et etiam pro hac sententia videtur stare Henriq. *lib. 14. c. 20. in fine.* Sylvester, Panoorm. & Filius, qui dicunt non posse Episcopum absolvere à suspensione, quando imposita est propter delictum majus adulterio, bene tamen quando imposita est ob adulterium vel alia delicta leviora.

22. Simpliciter, & absolute dicendum est, quando suspensio, licet publica, non est reservata; bene potest Episcopus ab ea absolvere, ac proinde optime, & sine scrupulo potest cum Clerico tali dispensare, licet ipse ob tale crimen deductus esset ad forum contentiosum.

Henriq.  
Sylvest.  
Panoorm.  
Filius.

Barbosa. Gutierrez. M. Cornejo. Avila. Sayrus. Suarez.

Ita Barbosa de potestate Episcopi part. 2. alleg. 8. num. 24. Gutierrez Can lib. 1. c. 26. num. 14. & 25. M. Cornejo de suspens. disp. 3. dub. 1. dict. 1. Avila part. 3. disp. 6. conclus. 4. Sayrus lib. 4. cap. 16. n. 24. Suarez de censuris disp. 26. sect. 1. n. 19. & 20. & disp. 31. sect. 1. num. 32. in fine. Salzedo in praxi, cap. 26. littera E §. 4. Nec illud Zerola in praxi, part. 2. verb. Demissorie, pag. 4. §. 1. Qua pena. Bonac. de suspens. in particulari, disp. 3. quest. 1. punct. 11. num. 28. Fragofus part. 2. lib. 8. disp. 18. §. 2. n. 8. verb. Resolutio. Leandrus de suspens. tract. 4. disp. 5. tr. 4. machardo tom 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. document 6. n. 1. Bellan. de Sacrament. disp. 15. dub. 13. num. 35. Diana part. 5. tract. 10. Resolut. 23. Alterus part. 2. de suspens. disp. 10. c. 1. dub. 4. §. Respondeo, in fine. Hurtad de suspens. disp. 12. n. 31. Castro Palans part. 6. disp. 4. punct. 9. n. 4. & multi alii apud ipsos, & tot Doctores citati ad removendum scrupulum Domini mei Episcopi.

23. C. Nuper.

Optimè probatur nostra conclusio ex cap. Nuper, de sententia excommunic. Ibi dicitur: Cum conditor Canonis absolutionem sibi non reservat, tacite inferiori concedit. Et quamvis Textus loquatur de excommunicatione, tamen eadem ratio militat in suspensione; & ratio assignata in Text. cur talis potestas ad absolvendum detur inferiori, non est quia excommunicatio impedit suffragia, sed quia conditor Canonis absolutionem sibi non reservat, quod locum habet in suspensione. Deinde probatur hac ratione. Datur discrimen inter censuram reservatam, & non reservatam, quod nullum aliud est, nisi quod in reservata voluit Superior, ut à nullo alio daretur absolutio, nisi ab ipso, in non reservata voluit, ut ab alio posset dari absolutio.

24. Trident.

Et in proposito casu, quod ille, qui ordinatus sine demissoria possit ab Episcopo dispensari constat ex Concilio Trid. sess. 23. c. 8. de Reform. ubi ad finem ait Concilium, Ordinatus ad susceptorum Ordinum executionem, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Ubi juxta mentem Concilii à proprio ordinario. Quædam Declaratio Cardinalium sic habet: Talem ordinatum absol. verè pertinet ad illum Episcopum, ad quem pertinebat, dare demissorias.

25. Pius II.

Nec contra hoc facit Bulla Pii II. que incipit: Cum ex sacrorum, quia præterquam quod absolutio dispensationis non sit reservata, prædicta Bulla revocata est à Clemente VIII per aliam, que incipit: Romanum Pontificem, & eam reducit ad terminos juris communis, ut notant Barbosa de Episcopis part. 2. allegat. 8. num. 24. Bonacina de censuris, in particulari, de sp. 3. quest. 1. punct. 11. num. 28.

26.

Ad argumentum in oppositum adductum pater solutio ex dictis in conclusione: ad id, quod dicitur de Parocho, quia nec ipse, nec alius Confessor Ordinarius potest talem suspensionem tollere, quia tantum habent jurisdictionem in foro interiori, seu sacramentali, in quo nequeunt suspensionem auferre, quamvis valeant excommunicationem, quia suspensio non impedit absolutionem à peccatis sicut impedit excommunicatio.

QUESTIO III.

An suspensus ab ordine inferiori censetur & habeatur suspensus ab Ordine superiori, at illum exercens incurrat irregularitatem, & mortaliter peccet?

SUMMARIUM.

- 27. Suspensus à majori non est suspensus à minori.
28. Prima sententia negat.
29. Tamen eorum fundamentum non convincit.
30. Aliqui concedunt, si unus ordo potest exerceri sine alio.
31. Opposta sententia vera, licet mortaliter peccet.
32. Optimè probat M. Cornejo.

Suppono quod ille, qui est suspensus à Superiori Ordine, non inde est suspensus ab inferiori: nam qui suspensus est à Sacerdotio, ne Missas celebret, nec inde sequitur quod sit suspensus à Diaconatu, vel Subdiaconatu ut non valeat unam Epistolam, vel Evangelium cantare: nam qui prohibet majus, non prohibet id quod minus, & talis prohibitio est odiosa, ac proinde non est imponenda sine expresse jure, quod in præfenti non datur.

Tota questio est, an suspensus ab inferiori ordine, valeat recipere & exercere actum Superioris Ordinis? Multi graves Doctores negant, quia Ordo inferior supponitur à Superiori, tanquam illius fundamentum: ergo sublato ipso fundamento, seu ordine inferiori, corrumpitur, & non persistit illud, in quo innititur.

Tamen ratio non multum convincit: nam Sacerdos, qui manibus, ac pedibus caret, non valet missam celebrare, nec Evangelium, vel Epistolam in ipsa Missa canere, & tamen bene potest confessiones audire, & tamen decenter celebranti, non valet ministrare, ut Diaconus, vel ut Subdiaconus.

Unde multi Doctores apud Suar. tom. 5. ad p. 3. disp. 26. sect. 4. n. 8. dicunt hoc licitum esse, quando actus Ordinis Superioris potest exerceri & fieri, sine interventu actus Ordinis inferioris, non verò quando illum involvit, ex quo inde inferunt, quod suspensus à Diaconatu potest audire confessiones, baptizare solemniiter, &c. non tamen Missam celebrare, quia tunc cum stola, & manipulo debet legere Evangelium, quod est actus Diaconatus, & hanc sententiam dicit Suarez probabilem.

Probabilior est tamen oppositam sententiam, ut etiam nobis videtur, & eam tenent M. Cornejo tom. 2. tract. 5. disp. 1. de suspens. dub. 2. q. 3. §. Limitatur, hæc Egid. Coninch. disp. 15. dub. 2. n. 10. Præpositus p. 3. q. 3. de suspensione dub. num. 15. Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 1. n. 6. Diana part. 5. tract. 10. Resol. 5. licet iste talis exercens actum Ordinis Superioris, cui Ordo inferior est prohibitus, valde indecenter agat, & contra rectum Ordinem, ac proinde peccare mortaliter videatur; tamen juxta prædictos, Auctores irregularitatem non incurrit, quia iste talis non facit aliquid directè sibi per censuram prohibitum, sed per

Barbosa. Bonacina.

Barbosa. Bonacina.

32. Cornejo.

Cap. Cum. voluntate.

Cap. final.

Glossa.

per quandam connexionem, ac consequentiam illius, ad quod non est impeditus, & suspensus, irregularitates, & pœnæ non sunt extendendæ ultra casum expressum in jure, quæ sunt intelligenda, quando per se solum exercet talem actum, v. g. ut Diaconus cantat Evangelium. Et hoc totum optimè probat M. Cornejo, quia talis suspensio fuit tantum determinata à tali ordine inferiori, quia censura ex ferentis voluntate pendet. Argumenti, cap. Cum voluntate, de sententia excomm. & l. Si quis, ff. si certum petat, ab eo tantum suspensus erit à quo lex, vel iudex suspendere voluit, sicut Episcopus, qui primam tonsuram illiterato conficit, ut habetur cap. fin. de temporibus ordinationum, in 6. collatione tantum primæ tonsuræ suspenditur, & non à collatione tantum Superiorum ordinum, ut notat Glossa in dicto cap. final. verb. Dumtaxat, quia sic Pontifex ita velle significavit, ut secundum rectum ordinem in eo puniatur, in quo peccavit, sic & hic in præfenti dicendum.



RESOLUTIO. I. De Testibus.

QUESTIO PRIMA.

An in judiciis Regularium nomina testium sint manifestanda?

SUMMARIUM.

- 1. Questio hæc maxime agitata quotidie.
2. In levibus causis & ubi nullum reo est periculum non sunt publicanda.
3. Si Religiosus accusatur à secularibus, nomina publicanda.
4. Si per statutum Religiosa est prohibitum, ut testium nomina non publicentur, non sunt publicanda.
5. Multi Auctores tenent, quod etiam in causis gravissimis Religiosorum, non sunt testium nomina publicanda.
6. Probatur tum ex statuto Toletano, tum ex jure, & n. 7.
7. Alii Auctores tenent, quod in causa gravissima sint danda, quod probatur ex cap. finali, de Hæreticis.
8. Judex multa prudentia, ac Dei timore in hoc negotio procedat.

1. Diana.

Hæc questio valde frequenter est agitata in hac Regia Civitate circa Tribunal Illustriss. D. Nuntii, & ait Diana citandus, quod dum scriberet, maxime casus præsens ventilabatur in Congregatione deputata pro negotiis Episcoporum, ac Regularium, & ut clarè procedamus certa ab incertis separemus proculparum, ac testium diversitate & Religio nam & Constitutionum.

Et primò conveniunt Auctores, quod in levibus causis; in quibus nullum reo imminet periculum, nec in honore, nec fama, nec in his, quæ ad ejus usum pertinent, valde prudenter facit superior, qui denunciatorum, & testium Sylveira O puscula.

nomina occultat, id enim maxime conducit ad animarum tranquillitatem, & pacem, inter Religiosos conservandam, è contrario justè timeri possunt rixæ, & odia, in Religionis perniciem, & perturbationem excitanda.

Secundò, supponendum, quod quando Religiosus accusatur ab extraneis, ac laicis, ei sunt manifestanda testium nomina ut tenent Rodriguez tom. 2. q. 3. art. 1. in fine, & q. 13. art. 1. in fine. Diana part. 11. tract. 3. Resolut. 7. Diana in fine, §. Deinde nullo. Quia laici multoties Religiosus infesti sunt, & valde verendum est, ne per injuriam eos falsis accusationibus, & depositionibus opprimere conentur, cap. Laicos, cap. Laici 2. part. 7. & cap. de exero, de Testibus.

Tertio, suppono, quod si per statutum Religionis prohibetur, ut testium nomina pro pace conservanda publicentur, tunc non sunt danda: nam in tali eventu cum tota Religio in tali statuto consentiat, ut supponitur, etiam si aliquis particularis Religiosus reus læsionem aliquam patiat, non revelatis sibi testium nominibus, id non obstat, quia parvæ huic læsioni videtur renuntiasse per tale statutum Religionis, quam voluntariè elegit, & in hoc casu magis præponderat bonum commune pacis totius Ordinis, quam parvæ læsio ipsius particularis in cognoscendo teste sibi contrario, cui parvæ læsioni renuntiat per tale statutum, & majus est quod faciunt Patres Carthusiani, qui per statutum generale abstinere à Carnibus, etiam in hora & periculo mortis, quia pro bono communi totius Religionis renuntiant bono proprio vitæ conservandæ per alium carnis in bonum commune Religionis, & etiam aliud exemplum tradit Sanchez, tom. 1. in Decalog. lib. 6. cap. 18. num. 43. & sequentibus, ubi probat licitum esse in aliqua Religione statutum, ut crimen secretum in certa materia reveletur Prælato (maximè quando Prælati est gravis, pius, ac prudens) idque non præmissa correctione fraterna: quia inquit tota Religio, & quilibet Religiosus renuntiat vii juri suo, ut prius corrigatur per correctionem fraternam, quam denuncietur Prælato, quod probat proximè citato exemplo Carthusianorum & pro hac sententia citat Bannez, Valentiam, Petrum Ledesnam, & Ribadeniram. Si hoc licet Carthusianis, & aliis in denuntiatione delicti secreti, modo prædicto, ratione statuti facti in sua Religione; à fortiori licitum erit, si talis Religio statutum habeat, ne testium nomina publicentur, pro majori pace, & quiete conservanda in Religione, in hoc minus periculum imminet, quam in duobus proximè citatis exemplis, Ita Porrel, tom. 7. Respons. Moral. part. 1. casu 15. n. 14. & pro hoc etiam facit Rodriguez tom. 1. questione 3. art. 1. ad finem citat. Hostiensem, & alios.

Tota difficultas est, an causis criminalibus gravissimis, in quibus de gravissima punitione Rei agitur, gravissimèque ejus fama, & honor periclitatur, tunc testes sint publicandi. Communis sententia est, quod testes non sint publicandi, Ita Rodriguez citatus Alherete de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9. Pellizarius tom. 2. tract. 9. cap. 4.

Sanchez. Bannez. Valentia. Ledesma. Ribaden. Porrel. Rodrig. Hostiens. Pellizari.

0 0 2 cap. 4.